

# BOLETIN OFICIAL

DEL

## OBISPADO DE OSMA

---

SE PUBLICA EN DIAS INDETERMINADOS, EN MEDIO, UNO O MAS PLIEGOS

---

### OBISPADO DE OSMA.

Habiéndonos sido denunciados dos artículos, que llevan, por epigrafe «Ateneo, Origen y aparición de la vida. *El protoplasma*,» el uno: y el otro «El hombre,» insertos en los respectivos números 45 y 46 del periódico publicado en Madrid, titulado: *Mundo Médico*, les sometimos á la censura, segun la cual en dichos artículos se sostiene y encomia la reprobada doctrina del naturalismo y materialismo, que contienen conceptos injuriosos á Nuestro Santísimo Padre, el Papa Leon XIII, conceptos falsos, erróneos y aun heréticos acerca del origen del hombre, y otros despreciativos de los Libros Santos. Estamos conformes con el juicio de la censura: y en su consecuencia, usando de Nuestra autoridad ordinaria y en cumplimiento del mandato de los Sumos Pontífices Leon XII y Pio IX, de grata memoria, reprobamos y condenamos el expresado periódico, titulado: *Mundo Médico*, y prohibimos su lectura á Nuestros amados Diocesanos, mandando que los que tengan algun número del mismo le entreguen inmediatamente al respectivo Párroco ó Confesor, á quienes autorizamos para que le inutilicen al punto.

Burgo de Osma 21 de Abril de 1890.

*Pedro Maria, Obispo de Osma.*

Este Nuestro Decreto será leído al ofertorio de la Misa Conventual del primer dia festivo en todas las Iglesias del Obispado.

---

### CONFERENCIAS MORALES Y LITURGICAS

DEL

### OBISPADO DE OSMA.

**Dia 6 de Febrero de 1890.**

*Caso. Sub pœna octoginta regalium provincie Præfectus omnibus oppido-*

*rum præfectis, vulgo Alcaldes, ex Gubernii ordinatione præcipit, ut Sacerdotes, qui contra Liberalismum sermonem habeant, illico detineant et in carcerem detrudant; quod quidem, pœnæ metu, cum suo parochi fecit cujusdam populi Præfectus. Quæritur proinde, an præfati Præfecti Gubernii ordinationem exequendo peccarunt, et officium suum retinere possunt. In quas pœnas in casu inciderunt tam ipsi, quam Gubernium?*

**SOLUCION.** Abs dubio peccarunt tales Præfecti ordinationem Gubernii, etiam pœnæ metu exequentes; cum aperte istiusmodi leges injustæ ac nequissimæ sint, utpote Ecclesiæ immunitati ejusque in docendo ac prædicando libertati ac independentiæ omnino oppositæ seu contrariæ, à quorum proinde violatione non excessat metus pœnæ adeo levis in se spectatæ, et quæ maxime cedit in contemptum potestatis ac legis ecclesiasticæ; datur igitur, regulariter loquendo, cooperatio formalis in earum legum executione; propterea nec officium suum tuta conscientia retinere possunt. Oppidorum autem præfecti excommunicationem incurrunt simpliciter Romano Pontifici reservatam secundo loco in Const. Apostolicæ Sedis notatam «Violentas manus, suadente diabolo» cum in carcerem detrudere ac detinere clericos, ac a fortiori parochos, injuria maxima sit in libertatem Ecclesiæ, quod in illo numero puniri intenditur: Gubernium vero incidit in excommunicationem speciali modo eidem Pontifici reservatam ac in numero septimo his verbis expresam «item edentes leges vel decreta contra libertatem et jura Ecclesiæ,» cum ordinatio illa à suprema auctoritate profecta libertati ac juribus Ecclesiæ sit prorsus adversa.

#### **Dia 20 de Febrero.**

*CASO. Inter quosdam Sacerdotes disceptatur: an magistri Catholici scholas, prout in Hispania sub sola fere inspectione Gubernii nunc exstant, acceptare possunt: et an parentes filios suos ad illas, præsertim in quibus magistri liberales sunt, et ut tales agunt, mittere possunt. Partem in omnibus affirmativam tenent alii, alii vero ob perversionis periculum absolute negant. Quid de his omnibus dicendum?*

**SOLUCION.** Sacerdotes affirmativam partem in omnibus tenentes quoad secundam casus quæstionem minime recte sentire; optime vero negantes, etenim parentes, qui filios suos scienter ad scholas seu magistros liberales, prout tales sese gerentes, mittunt, eos proculdubio periculo exponunt educandi ac ab infantia imbuendi in liberalismo; maximo igitur damnationis æternæ periculo eosdem committunt, illos, quantum in se est, a vera salutis via, doctrina nempe christiana ac divina avertendo, ut cuilibet in prompta est, ob perversionis periculum. Nec audiendi sunt sacerdotes absolute negantes quoad primam casus partem, magistri namque catholici, tametsi à sola directione atque Gubernii inspectione dependentes sint, nihilominus possunt scholas acceptare, ne alii impii ac liberales easdem cum puerorum ac juventutis perniciæ adipiscantur.

#### **Dia 6 de Marzo.**

*CASO. A., parochus, sic Extremam — Uctionem administrat: non raro nonnullos senes, absque alio morbo, inungit; ceteros autem non nisi in ipso mortis articulo; ita ut, ne absque sacramento decedant, illos fere semper in fronte sub unica forma sine stola, superpelliceo et cum candela ex stearina confecta, inungit. Tamen, si tempus est, reliquas unctiones supplet.*

*Præterea, ut infirmum non deterreat, nec verbum de Sacramento ei loquitur sed tantum de unctione cum oleo benedicto ab eodem Sacerdote facienda. Quid de A. in singulis casibus?*

SOLUCION. Pessime se gessit A. in omnibus fere singulis his casibus. In primo; quia senes illi, quos adeo frequenter et impliciter prout tales, absque alia causa inungit, non sunt hujus sacramenti subjecti, cum ex hypotesi non graviter ægrotent, nisi senectus gravem infirmitatem constituat, et aliunde melius est, ut consulat medicum: in secundo vero etiam male agit; ad hoc namque sacramentum conferendum minime spectandus est mortis articulus, ubi infirmus jam pene sensibus destitutus est, quamvis bene facit, si, necessitate urgente, in fronte sub unica forma eosdem inungit et absque vestibus sacris, ne inuncti decedant, et, cum tempus est, reliquas unctiones supplet. Denique graviter quoque delinquit, cum ex vana ac inani ratione seu timore omittit infirmum in opere de sacramento eidem conferendo, cum tali agendi ratione causa sit, ut infirmus nesciat quod recipit, non sit bene dispositus, ac propterea ut non suscipiat sacramentum majori cum fructu, uberioresque gratias ex eo consequi possit; atque adeo sacramenti fructibus agrotus sic privatur cum maximo salutis suæ detrimento.

### Dia 20 de Marzo.

*CASO. B.: Sacerdos gloriæ Dei et salutis animarum zelo incensus, plurimum in suo sacro ministerio laborat. Strepitum tamen volens nec odia sibi conciliare, ut ipse ait, parentes in indigentia et orphanos fideles relinquere, ne ipse in carcerem conjiciatur, nec prædicat, nec verbum contra liberalismum loquitur, quia Sacerdotes prudentiores quam reliquis esse, ait, et pacem cum omnibus, etiam liberalibus, servare debere; sunt enim ministri pacis et non belli. Quid de modo agendi B.? In presentibus circumstantiis munus suum adimplevit, vel liberalismi complices est?*

SOLUCION. Agendi ratio sacerdotis B. in eo maxime laudanda, quod plurimum in sacro ministerio laboraret ad Dei gloriam animarumque salutem procurandam, præsertim cum ad id ex officio ac justitia minime teneretur, erat enim simplex sacerdos ex hypotesi. Verum enim vero, cum in suis concionibus nec loqueretur nec damnaret liberalismum, neque verbum in eum proferret; in tali sese gerendi modo quamquam adesse videtur complicitatem seu negativam in liberalismo cooperationem, præsertim supposita necessitate ipsum oppugnandi inter suos auditores vel fideles; motiva enim ad tacendum ab ipso met adducta attendi nequaquam possunt, utpote nullius ponderis ac roboris, hujusce peccati liberalismi gravitate ac funestissimis consecrariis inspectis, ac potius timor, metus vel humanus respectus sunt illa dicenda, quam veræ solidæque rationes. In presentibus autem circumstantiis certo asserti potest Sacerdotem B. evangelici prædicatoris munus non recte adimplevisse, cum R. P., actu regens Ecclesiam, expresse ac indubitanter Episcopis præceperit per C. S. Off. ut ipsi strenue ac indesinenter contra illam adeo perniciosam sectam verba ad populum faciant, idemque a suis Parochis fieri solite ac frequenter curent atque jubeant: omnes, igitur Evangelii præcones tam stricto ac sapientissimo mandato parere debent, secus enim liberalismi complices ac fautores sese ostenderent. Attamen non semper et in omnibus circumstantiis tenentur Sacerdotes contra liberalismum loqui, sed datur tantum occasio.

304  
**DONATIVOS PARA SOCORRER LAS NECESIDADES DEL ROMANO PONTIFICE**

Ó SEA

**DINERO DE SAN PEDRO.**

	<u>Reales.</u>	<u>Cs.</u>
<i>Suma anterior.</i> . . . . .	71.353	90
Un católico, amante del Papa, 11 reales.—D. Clemente Gonzalez Santa Cruz, 20.—D. Enrique Hernando, 32.—D. Benito Garcia Tejedor, 4.—D. Victor Sanz, 13.—D. Galo Cámara, 60.		
<i>Suma y sigue.</i> . . . . .	71.493	90

**Limosnas para los Santos Lugares de Jerusalem.**

La suma anterior de la quinta remesa, la cual es de 1447 reales y 40 céntimos, ha sido enviada al R. P. Comisario Apostólico de los Santos Lugares en Madrid, segun lo mandado por Su Santidad, para que la remita á Jerusalem. De dicha remesa, así como de todas las anteriores, ha acusado ya recibo dicho R. P. Comisario.

**SEXTA REMESA.**

D. Pedro Lagunas, 16 reales.—Del pueblo de Miño, 11.—Del de Villanueva de Gormaz, 10 reales 40 céntimos.—Del pueblo de Carbonera, 8.—De Alcozar, 10.—De Alcubilla del Marqués, 4 reales 40 céntimos.—Del piatillo de la Catedral, 40 reales 24 céntimos.—Don Galo Cámara, 20.—El párroco de Centenera, 8.—El párroco y feligreses de San Clemente de Soria, 26 reales 60 céntimos.—El párroco y feligreses de La Hinojosa, 20.—Id. id. de San Martin de Rubiales, 9.—Id. id. de Arauzo de Torre, 18.—Id. id. del Salvador de Soria, 24 reales 16 céntimos.—Id. id. de Torreblacos, 8.—Id. id. de Sotos del Burgo y Valdelinares, 16.—Id. id. de Cubo de la Solana, 27.—Idem id. de El Espino de Soria, 8.—Id. id. de Nódalo, 6.—Id. id. de Fresno de Caracena, 13.—Id. id. de Atauta, 32.—Las Religiosas de Santa Clara de Soria, 20.—El párroco y feligreses de Peñaranda de Duero, 12.—Id. id. de San Juan del Monte, 12.—Id. id. de Valdenarros, 8 reales 52 céntimos.—Id. id. de Arauzo de Miel, 20.—Id. id. de La Póveda, 14.—Id. id. de Arguijo, 8.

*Suma y sigue.* . . . . . 430 32